



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Divi Thomae Aqvinatis Doctoris Angelici Opera Omnia**

Summa diligentia ad exemplar Romanæ Impreßionis restituta

Complectens Quæstiones, Qvæ Dispvatæ Dicvntvr, & Quæstiones  
Quodlibetales, siue Placitorum eiusdem S. Thomæ

**Thomas <von Aquin, Heiliger>**

**Venetiis, 1593**

Qvaestio X. De inuidia.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-72780](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-72780)

lentiam. In hoc tñ contra Deum peccat quandoq; q non refertur huiusmodi gloriam ad debitum finem. Et sic licet non usurpent sibi gloria Dei secundum substantiam, usurpant tamen gloriam Dei quantum ad modum habendi. Soli enim Deo cõpetit, vt eius gloria in alium finem non referatur.

AD SEPTIMUM dicendum, q quicumq; vsurparet sibi diuinitatis gloria, & honorem, esset vere idolatra, sicut multi tyranni fecisse leguntur: non autem omnes, qui inanis gloriatur, vsurpant hoc modo diuinam gloriam, vnde non omnes sunt idolatrae.

AD OCTAVUM dicendum, q vitare minora peccata est abundantioris virtutis, vt patet per id quod Dominus dicit Mar. 5. abundantior est iustitiam esse, q vitare non solum homicidium, sed etiam iram, qua sit iustitia veteris legis, qua prohibet homicidium, vnde per hoc, q contemnere inanis gloriam est magna virtutis, non potest concludi, quod inanis gloria sit graue peccatum.

AD NONVM dicendum, q placere hoibus potest & bene, & male desiderari. Si quis n. velit hoibus placere, ut eos in bono edificare possit, hoc est virtuosum & laudabile. vnde & Apostolus dicit primo ad Corinth. 10. Vnusquisq; proximo suo placeat in bonum ad edificationem: sicut ego per omnia oia. placeo, velle autem placere hominibus, pp. solum gloriam mundanam, est peccatum inanis gloriae: quandoq; quidẽ mortale, cu. saliquis finem in fauore humano constituit, diligens humanum fauorem, plus qua obsequantiam mandatoru Dei. Et fm hoc excludit a Dei seruitio. Quandoque vero est peccatum veniale, qñ aliquis inordinate, fauore hominu delectatur: non tamen contra Deum, sed sub Deo.

AD X. dicendũ, q in moralib. obiectũ constituit speciem, non fm id quod est materiale in ipso: sed fm formale rñem obiecti. Differt autem obiectũ inanis gloriae, prout est veniale & mortale peccatũ fm rñem formalem obiecti, id est secundum differentiam finis, & eius quod est ad finem. Nam peccatum mortale est, quando finis in humana gloria constituitur: veniale autem, quando non constituitur in ea finis.

ARTICVLVS III.

Quæritur de filiabus inanis gloriae, quæ sunt inobedientia, & iactantia &c.

TERCIO queritur de filiabus inanis gloriae, quæ sunt inobedientia, iactantia, hypocrisis, contentio, pertinacia, discordia, nouitatum præsumptio. Et ut q inconuenienter assignentur. hæc enim omnia videntur ad superbiam pertinere, cuius filia est & ipsa inanis gloria. ergo huiusmodi vitia, non debent poni filiarum inanis gloriae: sed simul cum inani gloria debent poni filiarum superbiae.

¶ 1. Præ. Generale peccatũ nõ dẽt derivari ex alio peccato: sed inobediẽtia est gñale peccatũ dicit. n. Ambr. q peccatũ est transgressio legis & caelestium inobediẽtia madoru. ergo inobediẽtia nõ debet poni filia inanis gloriae. Itẽ iactantia est tertia spẽs superbiae, ut ex supradictis patet. Si ergo iactantia sit filia inanis gloriae sequetur, q; superbia sit filia inanis gloriae, qd patet esse falsum, cum superbia sit mater omnium peccatorum, ut Greg. dicit 31. Moralium. ¶ 3. Præ. Contentiones & discordie videtur ex ira maxime provenire: sed ira est capitale vitium contra inanis gloriam distinctum. ergo discordia & contentio non debent poni filie inanis gloriae.

SED IN CONTRARIVM est auctoritas Gre-

gorij qui. 3. 1. Mor. has filias inanis gloriae assignat.

RESPON. Dicendum, q fm eandem rñem aliquod vitium dicitur esse caput & mater: in quantum, scilicet vitia ex se oriuntur ordinata ad finem eius. hoc enim competit & rñi capitis, fm q caput habet vim regitiam respectu eorum, q sunt sub capite, ois autẽ regimini rñ a fine sumitur: competit & rñi matris. Nã mater est, qua in seipsa concipit. vnde illud vitium dicitur esse aliorum mater, quod procedit ex conceptione proprii finis. Sic ergo cum proprius finis inanis gloriae sit manifestatio propriae excellentiae, filiae inanis gloriae dicuntur illa vitia, per quæ homo ad manifestationem propriae excellentiae tendit. p. priam autem excellentiam homo potest manifestare dupliciter, vno modo directe: & alio modo indirecte. Directe quidẽ: aut per verba, & sic est iactantia; aut per facta vera, q habent aliquam admirationem, & sic est præsumptio nouitatum (ca enim quæ de no uo fiunt, solent magis in admiratione hominũ esse) aut per facta ficta, & sic est hypocrisis. In directe autem aliquis suam excellentiam manifestat, per hoc quod nititur ostendere se non esse ab alio minoratum, & hoc quantum ad quatuor. Primo quidem quantum ad intellectum, & sic est pertinacia, per quã homo innititur suæ sententiae, nolens credere sententiae saniori. Secundo quantum ad uoluntatem, & sic est discordia: dum non concordat homo propria uoluntatem uoluntati meliorum. Tertio quantum ad uerbum, & sic est contentio: dum aliquis non uult uerbis ab alio superari. Quarto quantum ad factum, dum aliquis non uult facta sua præcepto superioris subijcere: & sic est inobediẽtia.

AD PRIMVM ergo dicendum, quod a superbia, sicut supra dictum est, ponitur generaliter mater omnium uitiorum: & sub ipsa ponuntur septem uitia capitalia, inter quæ inanis gloria est maxime ei affinis, quia excellentiam quam superbia appetit, inanis gloria manifestare intendit, & ex ipsa manifestatione quandam excellentiam querit. Et ideo per consequens omnes filiae inanis gloriae, affinitatem cum superbia habent.

AD SECVNDVM dicendum, quod inobediẽtia ponitur filia inanis gloriae, prout est speciale peccatũ. Sic enim nihil aliud est inobediẽtia, quam contemptus præcepti. Inobediẽtia uero secundum quod est peccatum generale, significat absolutum contemptum a mandatis Dei. Quod quandoque fit, non ex contemptu: sed ex infirmitate uel ignorantia, ut Aug. dicit in libro de Natura & gratia.

AD TERTIVM dicendum, quod iactantia ponitur esse species superbiae, quantum ad interiorem affectum, quo aliquis excellentiam appetit ultra suam mensuram, ut supra dictum est: sed quantum ad actum exterioriorem, quo aliquis manifestat excellentiam suam uerbis, pertinet ad inanis gloriam.

AD QVARTVM dicendum, quod ex ira numquam cauatur contentio & discordia: nisi cum adiunctione inanis gloriae, dum aliquis non uult uideri minor in hoc, quod uoluntatem suam ad alterius uoluntatem reducat: uel quod uerba sua minus ualida, quam uerba alterius uideantur.

QVAESTIO X.

De inuidia.

In tres articulos diuisa.

¶ Primò Enim queritur, Vtrum inuidia sit peccatũ.

¶ Secundo, Vtrum inuidia sit peccatum mortale.

¶ Tertio, Vtrum inuidia sit uitium capitale.

ARTI-

ARTICVLVS PRIMVS,

Utrum inuidia sit peccatum.

QVAESTIO est de inuidia. Et primo queritur utrum inuidia sit peccatum. Et videtur quod non: quia, vt Phil. dicit in 2. Eth. Passionibus non laudamur nec vituperamur: sed inuidia est passio. dicit enim Damasc. in 2. lib. quod inuidia est tristitia de alienis bonis. ergo propter inuidiam nullus vituperatur: sed propter omne peccatum aliquis vituperabilis redditur. ergo inuidia non est peccatum.

Lib. 2. c. 5. in medio to. 3. Li. 2. c. 14. in fine.

Lib. 3. de lib. arb. c. 18. de vera religione cap. 14. tom. 1. Li. 14. c. 6. in medio to. 5.

¶ 2 Præ. quod non est uoluntarium, non est peccatum, vt Aug. dicit: sed inuidia cum sit tristitia, non est aliquid uoluntarium. vt enim Aug. dicit 14. de Ciui. Dei, Tristitia est de his quæ nobis nolentibus acciderunt. ergo inuidia non est peccatum.

¶ 3 Præ. Cum malo contrarietur bonum, bonum non mouet ad peccatum quod est malum, sicut nec aliquid contrarium mouet ad suum contrarium: sed motiuum inuidiæ est bonum. Dicit enim Remigius, quod inuidia est dolor de alieno bono.

Lib. 14. ex c. 13. & vitim.

¶ 4 Præ. Aug. dicit 14. de Ciui. Dei, quod in omni peccato est immediata conuersio ad bonum commutabile: sed inuidia non est conuersio ad aliquod bonum commutabile, sed magis auersio ab eo, eum sit tristitia de alieno bono. ergo inuidia non est peccatum.

Li. 1. c. 3. circa fine 19. 1.

¶ 5 Præ. Aug. dicit in lib. de Libero arb. quod omne peccatum est ex libidine: sed inuidia cum sit tristitia, non procedit ex libidine, quæ est appetitus delectationis. ergo inuidia non est peccatum.

¶ 6 Præ. Id quod est impossibile esse, non potest esse peccatum: sed impossibile est aliquem inuidere, ut uidetur: quia cum bonum sit quod omnia appetunt, nullus potest dolere de bono, quod est inuidere. ergo inuidia non potest esse peccatum.

¶ 7 Præ. Omne peccatum in aliquo actu consistit: sed inuidia cum sit tristitia, dimittit actionem quæ per delectationem perficitur. ergo inuidia dimittit peccatum. ergo non est peccatum.

¶ 8 Præ. actus morales dicuntur boni, vel mali secundum formalem rationem obiecti: sed obiectum inuidiæ est bonum, ut dictum est, quia est dolor de alieno bono. ergo actus inuidiæ est bonus. non est ergo peccatum.

Argum. 3. Li. 1. de lib. arb. in prin. tom. 1. Li. 3. c. 25. in principio.

¶ 9 Præ. Malum poenale diuiditur contra malum culpæ, ut patet per Aug. in 1. lib. de libe. arbitrio: sed inuidia est quoddam malum poenale, ut dicit Iud. in lib. de Summo bono, quod liuor, id est, inuidia sui punit actorem. ergo inuidia non est culpa.

¶ 10 Præ. Aug. dist. 14. de Ciui. Dei, quod omne peccatum est amor improbus: sed inuidia non est amor improbus, quia amor facit gaudere de bonis amici, & tristari de malis. ergo inuidia non est peccatum.

Ante mediū epist. to. 1.

¶ 11 Præ. Grauius esse uidetur inuidere alicui circa bona spiritalia, quam circa bona corporalia: sed inuidia circa bona spiritalia non est peccatum. Dicit enim Hiero. ad Alletam de instructione filiarum: habeat socias cum quibus addiscat, quibus inuideat, quarum laudibus moueatur. ergo inuidia non est peccatum.

Lib. 2. c. 6. a medio to. 5.

SED CONTRA, Extrema in moralibus sunt uitiosa: sed inuidia est quoddam extremum, ut patet in secundo Eth. ergo inuidia non est peccatum.

2. 2. q. 132. art. 5. 2. q. 9. 36. art. 2.

RESPON. Dicendum, quod inuidia ex suo genere est peccatum. cum n. actus moralis ex suo obiecto speciem habeat, vel in genere collocef, ex hoc potest cognosci aliquem actum morale esse malum ex suo genere, si actus ipse non referatur convenienter ad suam materiam vel obiectum. Est autem considerandum quod appetitui virtutis est obiectum bonum & malum: sicut obiecta intellectus sunt verum & falsum. Omnes autem appetitui virtutis ad duo eadem reducuntur, scilicet ad prosecutionem & fugam: sicut & actus intellectus virtutis referuntur ad affirmationem & negationem: hoc sit prosecutio in appetitu quod affirmatio in intellectu, & hoc sit fuga in appetitu quod negatio in intellectu, vt Philoso. dicit in 6. Ethic. Bonum autem rationem attractiuum, cum bonum sit quod omnia appetunt, vt dicitur in primo Ethic. & contrario malum hęc rationem repulsiuam: quia malum est propter uoluntatem & appetitum, vt Dionys. dicit 4. c. de Diu. nom. Sic ergo omnis actus appetitui virtutis ad prosecutionem pertinet, cuius obiectum est malum, est actus non conueniens suæ materie, vel obiecto, & ideo omnes hominum actus ex genere suo sunt mali, sicut amare malum & gaudere de malo: sicut et est vitium intellectus affirmare falsum. Et similiter est obiectum ad fugam pertinens, cuius obiectum est bonum, est actus conueniens suæ materie uel obiecto, & ideo omnis actus ex suo genere est peccatum: sicut odire bonum, abominari bonum, & de ipso tristari, quia et in intellectu uitiu est, negare uerum. Non tamen sufficit ad hoc quod sit bonus quod importet prosecutionem boni, ut fuga mali (nisi sit prosecutio boni conueniens suæ materie, quod ei opponit) quia plura requirunt ad bonum, quod perficitur ex tota & integra causa ad malum, quod linquitur ex singularibus defectibus. ut Dionys. dicit de Diu. nom. Inuidia autem importat tristitiam etiam, unde patet quod ex suo genere est peccatum.

AD PRIMVM ergo dicendum, quod cum passio sit appetitus sensitui, ut Damasc. dicit in 2. lib. de libe. arb. se considerata non potest esse uel uirtus uel uirtus sine aliquo laudabile uel uituperabile: quia ut dicitur ad 2. timotheum ad rationem: Sed sicut appetitus sensitui est qualiter rationalis, in quantum potest obedire rationi: sic hoc etiam & ipsæ passiones per esse laudabiles uel uituperabiles, prout possunt ordinari ad rationem. unde Philo. ibidem dicit, quod non laudatur uituperatur, qui simpliciter irascitur: sed qui irascitur, id est secundum ordinem rationis, prater ipsum.

AD SECUNDVM dicendum, quod illa aucto ritas non est tristitia sit motus inuoluntarius, sed quod obiectum tristitiæ sit aequaliter inuoluntarium. Nihil autem probet circa rem inuoluntariam esse actum hominum bonum uel malum, prout si rem inuoluntariam per aliquem ferre bene, uel male:

AD TERTIVM dicendum, quod bonum quantum ad se semper mouet ad bonum: sed ex praua dispositione effectus contingit, quod aliquis ex bono mouetur ad malum: sicut etiam ex praua dispositione malum contingit, quod cibis sanis sit ei motus in ratione mali, ut Philo. dicit in 5. Ethic. Et hoc hoc aduersari bono per tristitiam, in idem modo eo quod est conuerti ad malum, quod ad appetitum commutabili bono inordinate amato.

AD QUARTVM dicendum, quod carere bono prius est, quam malum, quod est priuatio eius: ut affectiones animarum, quarum obiectum est bonum, naturaliter sunt priores illis affectionibus animarum, quarum obiectum est malum: & propter hoc ex carere bono, desiderio, & delectatione. Et secundum hoc inuidia causatur ex aliqua libidine.

AD SEXTVM dicendū, q̄ ex bono sub rōne boni nullus potest tritari: sed de bono inquantū apprehenditur sub ratione mali veri, uel apparentis, potest aliquis tritari. Et hoc modo inuidia est tristitia de alieno bono, inquantum scilicet est impedimentum proprię excellentiæ.

AD SEPTIMVM dicendum, q̄ sicut delectatio per se fit operationem propriam: ita impedit operationem extraneam, ut Philoſ. dicit in 1o. Ethic. sicut ille, qui delectatur in studendo magis studet, & minus circa alia occupatur. Sic ergo tristitia, q̄ est de bono proximi, impedit actiones, quæ ad bonū proximi tendunt: sed mouet ad operationes contrarias, quibus bonum proximi impeditur.

AD OCTAVVM dicendū, q̄ sicut in amore boni nō potest esse peccatum, nisi inquantū id qd̄ amatur, & si apprehendatur in rōne boni, nō tamen est uere bonum, sed malū: ita est tristitia quæ est in bono, quod apprehenditur ut malū, quod nō est uere malū, sed apparens, nihilominus est mala, quia nō est conueniens tali obiecto, qd̄ est uere bonū. Sic. n. actus moralis fit bonus ex obiecto, inquantū est ei cōueniēs.

AD NONVM dicendū, q̄ quibusdā peccatis adiunguntur quadam penalitates, & tunc id est poena & culpa fm̄ aliud & aliud, culpa quidē fm̄ procedit ab inordinata hoīs uoluntate, & sic non est a Deo: poena autē fm̄ q̄ habet quandam poenalem afflictionē adiunctam, & hoc est a Deo secundū illud Plal. Arguam te & statuam contra faciem tuam, & Aug. dicit in 1. Confes. Iussisti Domine, & sic est ut poena sibi fit omnis inordinatus animus, Et hoc modo in uidia potest esse, & poena, & culpa.

AD X. dicendum, q̄ omne peccatum est amor improbus per causam, non per essentiam: quia oīs affectio animæ, etiam tristitia ex amore procedit, ut Aug. in eodem libro dicit.

AD XI. dicendū q̄ Arist. 2. Retho. distinguens, inter zelum & inuidiam, dicit zelus ex bonis est uirtuosorum, inuidere autem est prauorum. Zelus enim seipsum preparat propter emulationem, ut obtrineat bona: inuidias autem ut proximus non habeat propter inuidiam. Inuidia enim est eū aliquis tristatur de hoc, quod proximus habet bona quæ ipse non hēt, zelus autem est cum aliquis tristatur de hoc, q̄ ipse non habet bona quæ proximus hēt. Hieronymus autem in auctoritate prædicta accepit inuidiam pro zelo. Est enim laudabile, ut aliquis addiscens conetur ad addiscendum quæ alius addidit, secundum illud Apostoli primæ Cor. 12. Acumulamini charismata meliora.

ARTICVLVS II.

Utrum inuidia sit peccatum mortale.

SECVNDO quaritur, utrum inuidia sit peccatum mortale. Et uidetur quod non. Dicit Greg. 22. Moral. Euenire plerumque solet, ut non amissa charitate inimici nos ruina lætificet, & eius gloria con-tristet. hoc autem est inuidere, ergo inuidianon tollit charitatem, & ita non dicitur peccatum mortale.

¶ 2. Præ. Damasce. dicit in 2. lib. quod passio est motus appetitus sensibilis. hic autē motus sensualitas dicitur, ut Aug. dicit in 12. de Trinita. ergo inuidia cum fit passio est in sensualitate, in qua non est nisi ueniale peccatum, ut Aug. dicit in eodem libro. ergo inuidia non est peccatum mortale.

¶ 3. Præ. Sicut bona ex gñe possūt male fieri. ea au-

tem q̄ sunt mala ex genere, non possunt bene fieri, ut Aug. dicit in libro contra mendacium. ita ea quæ sunt ex gñe uenialia, possunt fieri mortalia: ea autē q̄ sunt ex genere mortalia, nullo modo possunt esse uenialia, sicut patet de homicidio & adulterio. Sed non omnis inuidia est peccatum mortale. ergo inuidia non est peccatum mortale ex genere.

¶ 4. Præ. Peccatū operis in eodē genere est grauius pctō cordis. sed impedire opere bonū proximi. nō semper est pctm̄ mortale. ergo nō semper est pctm̄ mortale dolere de bono pximi, quod est inuidere.

¶ 5. Præ. In uiris pfectis nō potest esse pctm̄ mortale: sed in eis potest esse aliquis modus inuidiæ ex surrip-tione. ergo inuidia non est peccatum mortale.

¶ 6. Præ. In pueris nondum loquentibus non potest esse pctm̄ mortale, quia nondū habent usum rōnis in qua sola est pctm̄ mortale: sed in pueris potest esse inuidia. Dicit. n. Aug. in primo confes. uidi ego & expertus sum zelantem puerum: nondū loquebatur pallidus, amaro aspectu collaſcancum suum. ergo inuidia non est peccatum mortale.

¶ 7. Præ. Omne peccatum mortale contrariatur ordini charitatis: sed inuidia quæ tristatur de bono alterius, inquantum redundat in proprium nocumētum, nō repugnat ordini charitatis, secundum quē quilibet debet se plus diligere quā alium, & proximos plus quā extraneos. ut Amb. dicit. ergo inuidia non est peccatum mortale.

¶ 8. Præ. Omne pctm̄ mortale alicui uirtuti cōtrariatur: sed inuidia non contrariatur alicui uirtuti, sed cuidam passioni, quam Phil. in 2. Ethic. Nemesim vocat. ergo inuidia non est peccatum mortale.

SED CONTRA est, quod Grego. dicit in 5. Moral. exponens id quod habetur Prou. 14. Putredo ossū inuidia, per limoris inquit uitiū ante Dei oculos pe-reunt bene acta uirtutum. Sed hoc nō facit nisi peccatum mortale. ergo inuidia est peccatū mortale.

¶ 2. Præ. In itinerario Clementis naratur quod Petrus dixit, quod tria peccata æqualiter poenam merentur, cum aliquis manu occidit, cum lingua detrahit, & cum corde inuidet, uel odit. Sed homicidium est peccatum mortale. ergo & inuidia.

¶ 3. Præ. Isidorus dicit in lib. de Sāmo bono. Nulla uirtus est cui non contrarietur inuidia: sola. n. misericordia caret inuidia. Sed nihil cōtrariatur omni uirtuti, nisi pctm̄ mortale. ergo inuidia est pctm̄ mortale.

¶ 4. Præ. Sicut Aug. dicit super illud Plal. Conuertit cor eorum ut odiret populū eius, inuidia est odiū felicitatis aliene. Odiū autem est ira inueterata, ut ipse dicit. 1. super Gene. ad literam. ergo omnis inuidia est aliquid inueteratum, & ita non potest esse ueniale peccatum, quasi subreptitia.

¶ 5. Præ. Nihil interficit spiritualiter, nisi peccatum mortale: sed inuidia occidit spiritualiter, secundum illud Iob. 5. Paruulū occidit inuidia. Et super illud secundæ ad Cor. 2. Christi bonus odor sumus, dicit glof. Odor iste uegetat diligentes, uocat inuidentes. ergo inuidia est peccatum mortale.

RESPON. Dicendum, q̄ sicut dictū est, genas siue species actus moralis attenditur secundum materiam uel obiectum. unde etiam actus moralis dicitur bonus uel malus fm̄ suum genus: uita autē animæ est per charitatem, quæ coniungit nos Deo, p̄ quē anima uiuit. unde dicitur. 1. Ioan 3. Qui non diligit manet in morte. mors enim est priuatio uitæ. Quādo ergo ex comparatione actus ad suam materiam intelligitur aliquid oppositū charitati, oportet q̄ actus

In li. de mendacio cap. 7. tom. 4.

Li. 1. cap. 7. circa mediū illius to. 1.

Referretur ex Amb. 3. sent. dist. 39. lib. 2. c. 7. nō procul a fine to. mo 5. Li. 5. moral. cap. 32. a meo dno i nouis exempla.

Li. 3. c. 15. an te medium.

Plal. 104. in expositio-ne prima a medio to. 8. lib. 3. de ser. Domini in monte c. 70. glof. ordin. ibi. ex Aug.

2. 2. q. 35. ar. 1. c. 3. Art. 1. huius q. & supra q. 7. ar. 2.

actus ille sit peccatū mortale ex suo genere. Sicut occidere hominē importat aliquid repugnans charitati, per quam diligimus proximū, & volumus eū viuere, & esse, & alia bona habere. hoc enim est de rōne amicitiae, vt Phil. dicit in 9. Eth. Et ideo homicidium est p̄c̄m mortale ex genere suo. Si uero ex comparatione actus ad suū obiectum non appareat aliquid contrarium charitati, non est peccatū mortale ex suo genere: sicut dicere uerbū otiosum, & alia hm̄ōi, quae tamen possunt fieri peccata mortalia per aliquid aliud superueniens, sicut supra habitum est. Inuidere autem importat aliquid charitati repugnans ex ipsa comparatione actus ad suū obiectū. est. n. de rōne amicitiae, vt eis uelimus bona, sicut & nobis ipsis, vt d̄r in 9. Ethic. eo q̄ amicus est quodammodo alter ipse. vnde q̄ aliquis de felicitate alterius tristetur, hoc manifeste repugnat charitati, in quantum per eam diligitur proximus. vnde Aug. dicit in libro de uera religione, Qui inuidet bene cantanti, non amat bene cantantem. unde inuidia ex suo genere est peccatū mortale. Est tamē considerandum, q̄ in ḡne alicuius peccati mortalis potest inueniri aliquid actus, qui nō est peccatū mortale pp̄ suam imperfectionem: quia. l. non attingit ad perfectam rōnem illius generis. Quod quidē contingit dupliciter. Vno modo ex parte principij actui: quia scilicet non procedit a ratione deliberata, quae est proprium & principale actuum principium humanorum actuum. Vnde subiti motus etiā in genere homicidij, vel adulterij non sunt peccata mortalia: quia non attingunt perfectam rōnem actus moralis cuius principium est ratio. Alio modo potest contingere ex parte obiecti, quod scilicet propter sui paruitatem nō attingit ad perfectam rationem obiecti. Quod enim paruum est, quasi nihil accipit ratio: sicut patet in specie furti. Si enim aliquis accipiat de agro alterius unam spicam, uel aliquid huiusmodi, non est credendum quod peccet mortaliter: quia hoc quasi nihil computatur tam ab illo qui accipit, quā ab illo cuius est res ipsa. secundū hoc ergo potest contingere, quod aliquis motus inuidiae non est peccatum mortale, quamuis inuidia secundum suum genus sit peccatum mortale propter imperfectionem ipsius motus: uel quia est subitus, & non procedit ex ratione deliberata, uel quia homo tristatur de aliquo bono alterius, quod est adeo paruum, quod non uidetur esse aliquid bonum: puta si aliquis inuideat alicui simul ludenti, quod vincat in ludo, puta cum eo currendo, uel aliquid huiusmodi ludicrum faciendo.

AD PRIMVM ergo dicēdū, q̄ quia in definitione alicuius non ponitur id; quod est per accidēs, sed solum id quod est per se: cum dicitur q̄ inuidia est tristitia de felicitate uel gloria alterius, oportet q̄ intelligatur secundū quod aliquis tristatur de ipsa felicitate alterius, in quantum est huiusmodi. De qua, ea rōne aliquis tristatur: quia uult singulariter excellere. vnde qui ab aliquo vincitur in gloria uel felicitate, & de hoc dolet, proprie d̄r inuidere. Cōtingit autē aliquē tristari de felicitate alterius p̄pter alias rōnes, q̄ ad inuidiam non pertinent: sed quandoq; ad alia uicia. Quicumque. n. odit aliquē, tristatur de felicitate eius, non in quantum est excellentia q̄dam: sed in quantum est simpliciter bonum quoddā eius quē odit. Cum. n. aliquis inimico uelit malum, consequens est q̄ de omni bono ei⁹ tristet. vnde haec est differentia inter inuidētē & odientē: quia inuidens

non tristatur de bono alterius, nisi per hoc quod cellitur, uel iniquitatem suae gloriae amittit: odientem autem de quocumq; bono inimici tristatur: potest etiā esse & alia ratio, quare aliquis de felicitate alterius tristetur: quia scilicet timet ex hoc aliquid inueniēdū sibi prouenire, uel aliquib; quos amat magis est timoris quā inuidiae ut Philof. dicit in Retho. Contingit autē timorē esse & bonū & malū. vnde hoc potest fieri & cū peccato, q̄ timor est malus, & sine peccato q̄ timor est bonus. vnde Greg. praemissa uerba exponens subdit, q̄ hoc timor cum ruente aliquo quosdam bene erigit: cum timor timidus: & proficiente illo plures iniuste opprimimur. vnde etiam interponit, quod talis timor est sine inuidiae culpa.

AD SECVNDVM dicēdū, q̄ q̄ motus est tristitiae tū non potest esse peccatum mortale, sed quod motus tristitiae ex deliberatione rōnis procedat non solum est sensualitatis, sed et rōnis & idcirco esse peccatum mortale. quamuis etiam dicitur q̄ hm̄ōi nomina a passionum, quandoque sunt ipsos simpliciter motus uoluntatis. Et si in hoc tristitia non erit in sensualitate, sed in parte rationis nō potest fieri veniale, si actus sit p̄fectus potest contingere propter imperfectionem actus, ut dicitur.

AD QVARTVM dicēdū, q̄ impedire bonū alicui potest esse absq; peccato mortali pp̄ imperfectionem actus, q̄ illud qd̄ impedit non hēt plenam rōnem, aut quia est paruum, aut quia est indebitum.

AD QVINTVM dicēdū, q̄ motus subreptus inuidiae est imperfectus, & talis etiam inuidiae motus est in pueris, qui non habēt usum rationis unde dicitur respondētis. Ad sextum.

AD SEPTIMVM dicēdū, q̄ quandoquē aliquis tristatur de felicitate alterius pp̄ nocentiam quod exinde sibi uel suis imminet, talis tristitia est inuidiae, sed timoris. vnde quandoque potest esse sine peccato: sicut dictum est.

I AD OCTAVVM dicēdū, q̄ inuidia respicit obiecta Est. n. tristitia de prosperitate alicuius solum hoc duab; uirtutib; contrariari potest: scilicet prosperitatis, de qua dolet ex contrarietate in concordia, quae dolet de aduersitate bonorum: sicut autē boni, de cuius prosperitate tristatur, opponit ira per zelū quae intelligitur per nemelism, quia quis tristatur de hoc, q̄ aliqui mali i sua prosperitate. Et quis misericordia & nemelism patitur uideant s̄m rōnem tristitiae: tū s̄m q̄ superuenit odio rōnis accipiunt rōnem uirtutis. Similiter in contrarium obijciuntur facile est solueri.

AD PRIMVM ergo dicēdū, q̄ Greg. ibi dicit de inuidia s̄m q̄ est peccatum mortale: & de inuidia cordis inuidia loquitur beatus Petrus. Quae meretur aequalem penam homicidio, quantum ad genus poenae: quia utrumque meretur poenam nam. unde patet solutio ad secundum.

AD TERTIVM dicēdū, q̄ peccatum mortale contrariatur omni uirtuti peccantis. Inuidia autē Isidorus dicit contrariatur omni uirtuti, non peccantis, sed alterius. vnde per hoc probatur q̄ peccantis, sed alterius sit peccatum mortale.

AD QVARTVM dicēdū, q̄ inuidia non est odium hoīs, sed felicitatis, prout sub odio cōprehendunt oēs passiones aīa tendētes in malum, quae ex odio deriuant, qd̄ autē d̄r odium esse ira inueterata: est sic intelligēdū, quasi oē odiū sit tale, sicut dicitur

Lib. 9. cap. 4. tom. 5.  
q. 7. de peccatis art. 4. & 3.  
Lib. 9. cap. 4. tom. 5.  
Cap. 47. circa principium tom. 1.

quis status motus odij: sed quia ira inueterata odij causa.

Ad QUINTVM dicendum, quod auctoritates illae loquuntur de inuidia secundum quod est peccatum mortale.

ARTICVLVS III.

Vtrum inuidia sit vitium capitale.

TERTIO queritur, Vtrum inuidia sit vitium capitale. Et vñ q non, quia ad vitium capitale pertinet habere filias: nō autem ad ipsum pertinet q sit alterius filia: sed inuidia est filia superbiae, sicut Aug. dicit in lib. de Sancta virginate. ergo inuidia nō est vitium capitale.

¶ 2. Præt. Inuidia est tristitia quaedam, vt iam dictum est: tristitia aut importat quendam terminum appetitui motus. vbi. n. homo incurrit malā, quod prius oderat, cōtristatur. ergo inuidia non est vitium capitale, quia de ratione vitij capitalis est, quod ex eo omnia alia vitia oriuntur.

¶ 3. Præt. Cuilibet vitio capitali assignant aliquæ filiae: sed inuidia non vñ habere aliquas filias. Assignat enim Greg. in 3o. Moral. in quinque filias, quæ sunt odium, susurratio, detractio, exultatio in aduersis, afflictio in prosperis, quorum nullū videtur esse filia inuidia. Nam odium magis nascitur ex ira, susurratio aut, & detractio, & exultatio in aduersis procedit ex odio, afflictio aut in prosperis vñ esse idem quod inuidia. ergo inuidia non est vitium capitale.

SED CONTRA est, quod Greg. 31. Moral. connumerat inuidiam inter vitia capitalia.

RESPON. dicendum, quod sicut supra dictū est, vitia capitalia sunt, ex quib. alia vitia nata sunt oriri sñ rōnem a causā finalis. Finis hēt rationem boni. Eodem autem modo tendit appetitus in bonum, & in fruitionē boni, que est delectatio. Et ideo sicut appetitus ex intentione boni, mouet ad aliquid agēdum: ita et ex intentione delectationis. Est autē cōsiderandum, quod sicut bonum est finis appetitui motus, qui est profectio: ita malū est finis appetitui motus qui est fuga. Sicut. n. aliquis volens obtinere bonum profectur ipsum, ita aliquis volens caere malo, fugit ab ipso. Et sicut delectatio est fructio boni: ita tristitia est quaedā malitia, sñ quā animus opprimitur a malo. Et ideo ex hoc q homo repudiat tristitiā inducitur ad multa faciēda, p quæ tristitiam repellat, vel ad quæ tristitia inclinat. Sic ergo quia inuidia est tristitia alienæ gloriæ, inquantū apprehendit ut quoddam malum, consequens est, ut hō ex inuidia redat ad aliqua inordinate faciēda contra proximum. Et secundum hoc est inuidia vitij capitale. In hoc autē conatu inuidia est aliquid tamquā principij, & aliquid rāquam terminus. principium quidem est, ut aliquis excludat gloriam alterius, quæ eum contristat, quod quidem sit diminuēdo bona eius: siue mala de eo dicēdo, & latēter, qd sit per susurratiōē, & manifeste quod sit per detractiōem. Terminus autē huius conatus pōt considerari dupliciter. Vno quidē modo respectu eius, cui inuidet. Et sic motus inuidia interdū terminat ad odij, scilicet ut homo nō solum tristetur de superexcellētia alterius: sed ulterius velit simpliciter mala eius. Alio vero mō terminus huius conatus potest accipi ex parte ipsius inuidētis: qui si quidē possit cōsequi finem intentum ut diminat gloriā proximi, gaudet, & sic ponit filia inuidia, exultatio in aduersis: si autem non possit consequi suum propositū, ut scilicet impediāt gloriā proximi, tristatur.

tur. Et sic ponitur filia inuidia afflictio in prosperis.

AD PRIMVM ergo dicendum, quod sicut Gregorius dicit. 32. Moralium, Superbia communis mater est omnium vitiorum. vnde per hoc quod inuidia est filia superbiae, non excluditur quin inuidia sit vitium capitale.

AD SECVNDVM dicendum, quod tristitia & si sit terminus in exequendo, est tamen primum in intentione, inquantum scilicet ex fuga tristitiæ multo alij motus procedunt.

AD TERTIVM dicendū, quod nihil prohibet eadem vitia ex diuersis vitij secundum diuersas rationes oriri. Odium ergo nascitur ex ira secundum quod ille, qui ad iram prouocatur, lesionem intulit: ex inuidia autem secundum quod eius bonum cui inuidetur, apprehenditur ut impeditium propriæ excellentiæ. Similiter etiā susurratio, & detractio & exultatio in aduersis oriuntur ex odio, inquantum diminiuit omne bonum, & procurat omne malum sui inimici. hæc ex inuidia proueniunt secundum solā rationem remouendi excellentiam. Afflictio autem in prosperis est aliquo modo ipsa inuidia, & quodammodo filia eius, secundum enim q aliquis tristatur de prosperis alicuius inquantum aduersatur singulari excellentiæ alicuius, sic est ipsa inuidia. Secundum vero quod aliquis tristatur de prosperis alicuius ea ratione: quia eueniunt contra suum conatum ad impediendum ea, sic est filia inuidia.

QVAESTIO XI.

De accidia.

In quatuor articulos diuisa.

¶ Primo enim queritur, Vtrum accidia sit peccatum.

¶ Secundo, Vtrum accidia sit peccatum speciale.

¶ Tertio, Vtrum sit peccatum mortale.

¶ Quarto, Vtrum sit peccatum capitale.

ARTICVLVS PRIMVS.

Vtrum accidia sit peccatum.

QVAESTIO est de accidia. Et primo queritur, vtrum accidia sit peccatum. Et videtur quod non. virtus. n. & peccatum cum sint contraria, sunt in eodem genere: sed virtus est in genere amoris. Cū ergo accidia non sit in genere amoris, sed magis sit tristitia quaedam, vt Damasc. dicit. uidetur quod accidia non sit peccatum.

¶ 3. Præt. In Psal. sup 3. Cōfitemini, ponit gl. quatuor tērationes, q sunt: error, difficultas vincendarū concupiscentiarum, rēdium, & tempestas seculi. Sed error, & difficultas, & tempestas seculi non sunt peccata. ergo nec rēdiū quod est accidia, est peccatum.

¶ 3. Præt. Oē pētm est ab homine, sñ illud Olee penult. Perditio tua ex te Israel. Sed accidia cū sit qdā tristitia: nō est ab hōie, qā 2. ad Cor. 9. sup illud, Nō ex tristitia aut necessitate. dicit gl. Si cū tristitia facis fit de te, non tu tñ facis. ergo accidia non est pētm.

¶ 4. Præt. non pōt contingere q actus sit simul meritorius & pētm: sed aliquis actus cum accidia factus est meritorius, puta cū aliquis ex uoto uel obedientia ieiunat: & tamen ieiunium ipsum contristat, & sic est ibi accidia, quæ est tristitia de bono spiritali uirtutis. ergo accidia non semper est peccatum.

¶ 5. Præt. Dam. dicit in 2. lib. q accidia est tristitia grauā: sed aggravatio magis vñ esse pena quam culpa. ergo accidia non est peccatum: sed magis pena. ¶ 6. Præt. accidia videtur esse tristitia, vel tēdiū inter-



Loco citate in arg. 3. D. 304.

Ca. 15. to. 1.

Li. 3. Ortho. fidei cap. 14. Est gl. Aug. super illud, contēctur Domino misericordias eius com. 2.

Glossa ordinaria ibi. ex Aug. super illud, hilare dato rētm.

Li. 3. ortho. fidei cap. 14. Glof. ordi. ibi ex Aug.

ni